Augsburg, um 1480/1500

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



XXXI

dicet illis. Amen dico vobis,
quia dum fecistis vni de istis fra
tribus meis minimis mihi fe
cistis. Tunc dicet et istis qui ab si
nistris eius erit. Discedite a
me maledicti in ignem eternum:
qui preparatus est diabolo et
angelis eius. Esurui enim: et
non dedistis mihi manducare.
Sitiui: et non dedistis mihi potum.
Hospes eram: et non
collegistis me. Nudus: et non
operuistis me. Infirmus: et
in carcere et non visitastis me.
Tunc respondebunt ei et qui dicentes.
Domine: quando te vidimus esurientem
aut sitientem. aut hospitem.
aut nudum. aut infirmum vel i
carcere. et non ministrauimus tibi.
Tunc respondebit illis dicens. Amen
dico vobis. quia dum non fecistis
vni de minoribus istis nec mi
hi fecistis. Et ibunt isti in supplicium
eternum: iusti autem in vitam eternam.

Recreda oculos meos et considerabo
mirabilia tua domine ut doceas
me iustificationes tuas da mihi intellectum
ut discam mandata tua. Secre.

Munera quesumus domine oblata sancti
ficata nobis a peccatis nostris mundet ac
cumulata. P. Co. Vox mea ad
dominum clamauit et exaudiuit me de
monte sancto suo non timebo milia
populi circumdantis me. Postcom.

Salutaris tui domine munere satiati
supplices exoramus. ut cuius
letamur gustu reuoceamur et
fructu. P. Sup. plen. Absolue
quesumus domine nostrorum
et quicquid pro eis mereamur
implorantes auferre. P. Pfia secreta.

Deus nunc refugium factus es nobis
a generatione et progenie a sec
lo et in seculum tu es. Ps. Priusquam mon
tes fierent aut formaretur terra et orbis. Cro.

Respice domine familiam tuam +
pietatem. ut apud te meritis tua
tuo delectetur fulgeat. que se car
nis macteratione castigat. P.

Hodie illis. Io. Ioh. ylaue. pplic.
atus est ysaias pphetam dicens.
Querite dominum dum inueniri
potest: inuocate eum dum prope est.
Derelinquat impius viam suam
et vir iniquus cogitationes suas.
et reuertatur ad dominum et miserebitur
eius. et ad deum nostrum qui multus
est ad ignoscendum. Nam non cogita
tiones meae cogitationes vestre:
neque vie mee vie vestre dicit dominus.
Sicut enim exaltantur celi a terra:
sic exaltate sunt vie mee a viis
vestris. et cogitationes mee a co
gitationibus vestris. Et quomodo
descendit imber et nix de celo.
et illuc vltra non reuertitur. sed in
ebriat terram et infundit eam. et
germinare eam facit. et dat semen
seminanti. et panem comedenti: sic
erit verbum meum quod egredietur
de ore meo. Non reuertetur ad
me vacuum: sed faciet quecumque
volui. et prosperabitur in his ad
que misi illud. Dicit dominus omnipo.

35